



Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

B. Iacobvs Venetvs. 31. Maii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

302 *Vite Sanctorum.* 31. MAIL
mosa spectacula tres Cœlites advolarunt, gestieruntque à spinis ISACIVM
(hoc est rosam) tollere, qui eadē mox
oracula tyranni auribus ingessit. Tum
verò eum asservari inter vincula jussit
Valens, dum redux è bello victorquę
oriosè rideret vatem suum. At hic ab-
eunti illa alterius vatis verba dixit, si
reversus fueris in pace, non locutus est in
me Dominus. Enimvero Valens acie
victus est, & qui fumos vendenti Ario
crediderat, fumo igneq; in fugā periit:
at ISACIVS vatis honores tulit. Illi
urbis portæ ad preces, quoties libuit,
patuerunt. illum mortuū omnis Con-
stantinopolis tam luxit, ut unicum ho-
minem omnium humeris erederes ef-
ferri. Ex Metaph. & Menol.

die B. IACOBVS VENETVS.
f. 31. Maii.

Quid matrem crepas pueritia, quid
patrem, scopulos s̄apē filiorum: Si
cœlo digna es nunquam orba eris, cœ-
lum te adoptabit. Ecce IACOBVS cum
patre matrem puer amisit. At avia ejus,
lectissima matrona, matrem illi dulcio-
rem MARIAM ostendit, cuius si ho-
rarias preces tantisper recitaret (& tem-
pus definiebat) præmia cupido pollicita
est: quæ etsi illa non persolvit, perrexit
tamen IACOBVS officium suum fa-
cere, & horas Marianas quotidie decur-
rere.

AIL
volat
IVM
mox
Tum
ussit
ue
ab
t, si
st in
ie
Ario
riit:
Illi
uit,
on
ho
ef

id
Si
ex
un
is,
O-
O-
n-
ta
xit
a-
r-
e.

31. MAIL. *Vita Sanctorum.* 303
tere. Ita filius MARIAE in D. Domini-
ci familiâ patrē etiam IESVM invenit,
cujus uti nuper MARIAE, nomen ita
animo infixum gestabat, uti tunc obli-
visci horum posse videretur, si patris &
matri posset. Ex Divis præterea præci-
puâ veneratione colebat Ascidum, &
Victorium MM. quorum officium dum
ad XVII. Novemb in horto recitat, ver-
num præmium rosam recentem abstul-
lit, anniversarium postea, quem admodum
ajunt, miraculum. Romæ quoque
D. Sebastiani porta clausa aliis, pietati
IACOBI ultro patuit. Lingua petulan-
tiâ si quisquam alius, ille odit. Itaq;
illud Augustini ex eo crebro audif-
fes, *felix lingua, quæ non novit, nisi de di-*
vinis, texere sermonem. Obiit anno M.
CCC.XIV. cum carcinomate IV. annos
laborans egregia patientiæ documenta
edidisset, certus ante de fato, & hora
fati. Reliquit post se, præter binos mor-
tuos in vitam reductos, alia CCC.
XXXVIII. miracula, familiarem Divis
hereditatem. *Ex Bzouio. 14to. Annal.*
Eccel.

IV-